tinet ad visum & auditum, quia sunt maxime cognoscitivi, non autem ad alios sensus, 12. q. 27. 1. ad 3

5 Sensus delectantur in pulchris, quia sunt eis similes, scilicet in proportione debita, 1. q. 5. 4. ad 1

6 Pulchritudo & decor virtutis hominis ex ratione est, 22. q. 116. 1. ad 2. & qu. 142. 2. 4. c. & quæst. 145. 2. c. & qu. 180. 2. ad 3

7 Pulchritudo est in vita contemplativa per se, & essentialiter, in virtutibus vero moralibus participative, 22. q. 180. 2. ad 3

1 Punctus non ponitur in definitione lineæ in communi, sed tantum finitæ & rectæ, 1. q. 85. 8. ad 2

1 Punitio inquantum pertinet ad justitiam publicam est actus justitiæ commutativæ, vindicativæ vero inquantum pertinet ad immunitatem personæ singularis, 22. q. 80. ad 1. & q. 108. 2. ad 1

2 Deus punit malos per bonos & malos angelos, bonos autem per malos tantum, 22. q. 164. 1. ad 4

1 Purgatio duplex, scilicet per gratiam a culpa, & per lumen doctrinæ a nescientia, 3. q. 27. 3. ad 3

2 Figura & ratio literalis omnis immunditiæ, & purgationis in lege veteri, 12. q. 102. 5. ad 4. & ad 5. & 6. & ad 7. & 6. ad 1. & q. 103. 2. 0.

1 Pusillanimitas potest tripliciter considerari, scilicet secundum se, ex causa ejus, scilicet ignorantia, timore, pigritia, & ira, & effectu ejus, scilicet subtrahendo se; primo modo opponitur directe magnanimitati; secundo solicitudini; tertio similiter, 22. q. 133. 2. 0.

2 Pusillanimitas secundum defectum opponitur humilitati, inquantum applicat animum ad vilius quam decet, sed directius opponitur magnanimitati, quia fugit magna, 22. q. 162. 1. ad 3

3 Pusillanimitas est contraria magnanimitati secundum defectum, præsumptio autem secundum excessum. Ideo utraque est peccatum, 22. q. 130. princ. & qu. 133. 0. & qu. 162. 1. ad 3

4 Est peccatum mortale, & quandoque veniale, 22. q. 133. 1. ad 2

5 Secundum speciem propriam est gravius peccatum præsumptione, quæ dicitur nequissima, ratione suæ causæ, scilicet superbiæ, 22. q. 133. 2. ad 4

6 Oritur ex superbia, quia nimis innititur sensui proprio, 22. q. 133. 1. ad 3

7 Pusillanimus est, qui recusat exequi operationem sibi proportionatam, 2ª. q. 133. 1. c.

Putrefactio cujuscunque corporis provenit ex infirmitate naturæ ejus, non potentis amplius corpus continere in unum, 3. q. 51. 3. c.

1 Pythones sunt arreptitii, dicti a Pythone, id est Apolline, auctore divinationis, 22. q. 95. 3. c.

1 Samuel (secundum Aug.) vere apparuit pythonissæ, dispensatione Dei; vel diabolus in similitudine ejus, 1. q. 189. 8. ad 2. & 22. q. 95. 4. ad 2. & quæ. 174. 5. ad 4

Q

1 QUalitas proprie importat modum, id est determinationem substantiæ, vel secundum quod potentia materiæ determinatur ad esse substantiale; & sic est differentia substantiæ: Vel ad esse accidentale; & sic est differentia accidentalis, & prædicamentum qualitatis, 12. q. 49. 2. c.

2 Qualitas animæ vel corporis duplex, scilicet naturalis, & superveniens, 1. q. 87. 1. ad 5. & 12. qu. 17. 7. ad 2. & q. 49. 2. c.

3 Distinctio & ordo specierum qualitatis, 12. q. 46. 2. c. & q. 50. 1. ad 3

4 In prima specie qualitatis dicitur bene vel male, facile & difficile, quia est modus determinatus subjecti secundum naturam, quæ est finis generationis, 12. q. 49. 2. c. ad 1. & 3. ad 3. & q. 50. 1. ad 3. & 2. ad 2

5 In secunda & tertia specie qualitatis dicitur facile vel difficile fieri, cito transiens vel diuturnum, non autem bene vel male; quia motus & passiones non habent rationem finis, 12. q. 49. 2. c.

6 Secunda & tertia species qualitatis dicunt modum & determinationem subjecti secundum actiones & passiones naturales, vel sensuales, 12. q. 49. 2. c. & q. 50. 2. ad 3

7 In tertia specie qualitatis est tantum passio & passibilis qualitas, 3. q. 63. 2. ad 2

8 Quarta species qualitatis est modus vel determinatio subjecti secundum quantitatem, quæ secundum sui rationem est sine motu, & sine ratione boni vel mali. Ideo in ea non est bene vel male, cito vel tarde transiens, 12. q. 49. 2. c.

1 Quantitas est prima post substantiam, 12. q. 52. 1. c. & 3. q. 77. 1. c.

2 Error antiquorum, scilicet quod quantitas est substantia, 3. q. 77. 2. c.

3 Quantitas & qualitas sunt prima accidentia consequentia substantiam, 3. q. 77. 2. c.

4 Quantitas consequitur substantiam ex parte materiæ, & qualitas ex parte formæ, 3. q. 90. 2. c.

5 Quantitas debita alicui speciei non est determinata secundum aliquod indivisibile, sed habet aliquam latitudinem, 3. q. 33. 2. ad 3

6 Quantitas duplex, scilicet molis & virtutis, quæ ex genere suo non est quantitas, sed qualitas, vel forma substantialis, 1. q. 42. 1. ad 1

7 Quantitas virtutis duplex, scilicet secundum numerum objectorum & secundum intensionem actus super idem objectum. Prima est sicut continua; secunda vero sicut discreta, 22. q. 24. 4. ad 1

8 Quantitas triplex, scilicet perfectionis, virtutis, & molis; prima convenit per se omni formæ, non autem secunda, & tertia, sed per accidens, 1. q. 42. 1. ad 1

9 Quantitas virtualis attenditur primo quidem in radice, id est in ipsa perfectione formæ vel naturæ; secundo attenditur in effectibus formæ, id est secundum esse, & secundum operationem, 1. qu. 42. 1. ad 1. & ad 2

10 Quantitas corporalis habet aliquid inquantum quantitas, scilicet distinguibilitatem secundum situm, vel secundum numerum, & aliquid inquantum forma actu, scilicet distinguibilitatem secundum subjectum tantum, 22. q. 34. 5. ad 1

11 Cuilibet quantitati mathematice finitæ potest fieri additio, non autem quantitati naturali, 3. q. 7. 12. ad 1

12 + Quantitas dimensiva non est in Deo, sed tantum quantitas virtualis, 1. q 28. 4. c. & q. 42. 1. ad 1

Quarta dies creationis, 1. q. 70. 2. c

1 Quid, duplex, scil. quid nominis, & quid rei, 1. qu. 2. 2. ad 2

2 Quid quærit de natura, & aliquando de supposito, 3. q. 29. 4. ad 2. & q. 31. 2. ad 4

1 De ratione quietis est, quod mobile similiter se habeat nunc & prius, 1. qu. 53. 2. 3. c

2 Quies est prior motu via intentionis, & posterior via executionis, quia est finis ejus, 12. q. 25. 1. c

3 Dicitur dupliciter, scilicet cessatio operis, & complementum desiderii, 1. q. 73. 2. 3. c

1 Quiescere in toto tempore aliquo, est esse in eo in quolibet instanti illius temporis, etiam in ultimo, 1. qu. 53. 3. c

2 Spiritus sanctus manet, seu quiescit in Filio tripliciter. Scilicet secundum vim spirativam, secundum humanitatem, secundum amorem, 1. q. 36. 2. ad 4

1 Qui est, est proprium nomen Dei, & primum, 1. qu. 23. 11. 0

2 Hoc nomen, qui est, magis

gis proprium nomen Dei est, quam Deus, ex parte ejus a quo nomen imponitur, & quantum ad modum significandi; sed quoad id ad quod nomen imponitur est e converso, 1.q.13.11.c.ad 1

3 Qui est, appropriatur Filio Dei ratione tantum adjuncti, scilicet ratione liberationis præfiguratæ. Et est personale secundum relationem determinatam; essentiale vero secundum relationem indeterminatam, 1.q.39.8.fin.

Quinta dies creationis, 1. q.70.1.c.& q.71.0

1 Quo est, & quod est in solo Deo non differunt. 1. q. 29.4.ad 1.& 3.q.3.2.ad 3. & 3.ad 1.& q.17.1.c

R

RAcha est interjectio iracentis, 22.q.185.5.ad 3

Aliqua dicuntur ad similitudinem radicis arboris, quæ ex terra gignit alimentum, vel quæ alimentum præstat toti arbori, 22.q.84.1.c

Rancor est indignatio contra omnes, & maxime prælatos detinentes hominem invitum in spiritualibus bonis, quæ ipsum contristant, & etiam contra omnes ad spiritualia bona inducentes, 22.q. 35.4.ad 2

Rapacitas continetur sub violentia, cum sit species ejus. Quæ violentia est filia avaritiæ, 22.q.118.8.c.ad 3

1 Rapina per se est peccatum, quia est auferre per vim rem alienam injuste, 22.q.66. 8. o

1 Raptus, ut est species luxuriæ, est quando puella de domo patris violenter abducitur, ut corrupta matrimonio habeatur; sive ei, sive parentibus violentia inferatur, 22. q.154.1.c.& 7.o

2 Raptus quandoque est cum stupro, & quandoque sine eo, ut in raptu viduæ, vel nuptæ, vel corruptæ. Et quandoque stuprum est sine raptu, si defloretur virgo sine vi, 22. qu. 154.7.o

3 Raptus plerumque concurrit cum stupro, ideo quandoque ponitur unum pro alio, 22. q.15.4.7.ad 1

4 Rapta potest duci in matrimonium, si ipsa, vel parentes consentiant, 22. qu.154. 7. ad 3

5 Raptus monialium gravius secundum leges punitur; scilicet capitali pœna, 22.q.154. 10 ad 2

1 Raptus mentis proprie est elevatio mentis ad supernaturalia a Deo, cum abstractione a sensibus, 22. quæst. 175. 1. o.

2 Extasis dicit simpliciter excessum mentis, sed raptus addit violentiam, 22. q.175.2. ad 1

3 Raptus ratione causæ potest pertinere ad vim appetitivam, non autem ratione termini; sed tantum ad vim cognitivam, 22. q.175. 2. o.

4 Homo fit extra se secundum appetitum dupliciter, scilicet elevando se per intellectum ad divina, prætermissis sensibilibus, sicut Paulus; vel e converso, scilicet infra se, seipsum præcipitando; sicut ille qui porcos pavit, sub semetipso cecidit. Et neutro modo est proprie raptus. Sed minus primo modo, quia est sine violentia; licet uterque excessus possit esse causa raptus in vi cognitiva, 12. qu.28. 3. c & 22. q.175.2.ad 2

5 Raptus mentis ad divina triplex, scilicet per similitudines imaginarias, per effectus intelligibiles, & per essentiam Dei. Primus convenit Petro, & Joanni Evangelistæ. Secundus Adæ,& David. Tertius vero Paulo, & Moysi, 22.q.175.3. ad 1

6 Paulus nescivit, an ejus anima in raptu fuerit separata a corpore, licet probabilius sit, quod non fuerit separata, 22. q.175.5. ad 4. item 6.o.

7 Paulus in raptu fuit beatus secundum actum, non autem secundum habitum; sed fidem habuit e converso. Ideo erat tunc viator, 22. q.24.8. ad 1. & quæst 175. 3. ad 3. & 5. ad 1. &

1. & 6. ad 2. item quæ. 180. 5.o.

8 Paulus post raptum memor fuit eorum quæ viderat in divina essentia per species relictas ex eo, 1. q. 12.9. ad 2. & 22. q. 175. 4. ad 3

1 Ratio sumitur dupliciter, scilicet stricte, & proprie, secundum quod nomen rationis sumitur ab inquisitione & discursu, vel secundum quod ratio dicit quandam obumbrationem intellectualis naturæ: ut dicit Isaac, quod ratio oritur in umbra intelligentiæ; & sic rationale est differentia animalis, & Deo non convenit, nec angelis. Alio modo sumitur ratio communiter sive metaphorice, scilicet pro qualibet cognitione virtutis non impressa in materia; & sic rationale communiter convenit Deo, & angelis, & hominibus, 1.q.29. 1. ad 4. & q. 51.1. ad 2. & q.62.8. ad 2. & 22. q.49. 5. ad 3

2 Ratio rei dicitur tripliciter, scilicet quæ non habet fundamentum in re neque proximum, neque remotum, sicut ratio chimæræ, & alia fictitia; & ratio rei ratiocinantis, qua cognita sunt in cognoscente secundum modum cognoscentis; & ratio rei rationabilis, 1. q.16.3. ad 2. & 22. q.1.2.c. princ. & q.6. ad 2

3 Ratio dicitur dupliciter, scilicet per essentiam, & per participationem, 3. qu. 18.2.c. ad 1

4 Ratio dupliciter inducitur ad aliquid probandum, scilicet vel sufficienter, sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum, quod motus cœli semper fit uniformis velocitatis, vel quæ non sufficienter probet aliquam radicem, sed quæ radici jam positæ ostendit congruere consequentes effectus; sicut in astrologia ponitur ratio eccentricorum & epicyclorum, 1.q.32.1.ad 2

5 Ratio hominis est perfecta dupliciter, scilicet perfectione naturali, id est lumine rationis, & perfectione supernaturali, id est virtutibus theologicis; quarum prima perfectius habetur, sed secunda est major, 12.q.68.2.c.

6 Ratio bene ordinatur per actus omnium virtutum dupliciter, scilicet vel per se per virtutes intellectuales, vel circa interiores passiones, seu exteriores operationes per virtutes morales, 12. q.100.2.c.

7 Aliquid præfuit in rationibus causalibus dupliciter, scilicet ut fiendum a Deo tantum, ut corpus hominis, vel a creatura, 1. q. 71. 1. ad 1. & q. 91. 2. ad 4. & q. 92. 4. ad 3

8 Rationes seminales primo sunt in verbo Dei secundum rationes ideales; secundo in elementis mundi, ut in causis universalibus; tertio in causis particularibus; quarto in seminibus, 1. q.115.2.c.

9 Semper remoto aliquo de ratione alicujus, removetur illud, 12. q. 67.5.o. & 22. q. 18.1. c. & 3. q. 86. 4. ad 1

10 Virtutes naturales, inquantum sunt originatæ a rationibus idealibus, possunt dici rationes; non autem inquantum sunt in materia corporali, 1.q.115.2. ad 1

11 Rationes ideales possunt dici causales, & non seminales: seminales autem possunt dici causales, 1. q.115.2. ad 4

12 Rationes seminales sunt virtutes rerum, activæ, & passivæ, 1. q.115.2.o

13 † Ratio & intellectus sunt realiter eadem potentia, 1. qu. 79.8.o. & q.81.4.c. ad 2. & 22.q. 49.5. ad 3. & q.83.10.ad 2. & 3. q. 18. 3. ad 2

14 Ratio & sensus differunt obiecto; sed ratio & intellectus differunt in solo modo cognoscendi. Ideo ratio pertingit ad perfectionem intellectus, non autem sensus ad perfectionem rationis, 1. q. 59. 1. ad 1. & q.79. 8. ad 3. & 12. q. 5. 1. ad 1

15 Certitudo rationis est ex intellectu, sed necessitas rationis est ex defectu intellectus, 22. q. 49. 5. ad 2

16 Ratio practica est causativa & apprehensiva rerum, speculativa vero est tantum ap-

apprehensiva, 22. qu. 83. 1. c.

17 Nihil firmiter constat secundum rationem speculativam, nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia; nec secundum rationem practicam, nisi per ordinationem ad ultimum finem, qui est bonum commune, 12. q. 90. 2. ad 3

18 Ratio practica est circa operabilia singularia, & contingentia, non autem circa necessaria, sicut ratio speculativa, 12. q. 91. 3. ad 3

19 Ratio superior & inferior sunt realiter eadem potentia, quæ respectu æternorum dicitur superior, sed respectu temporalium dicitur inferior, 1. q. 79. 9. 0. & 12. q. 74. 7. c.

20 Non differunt secundum diversa objecta, sicut practicum, & speculativum, sed per diversa media, 1. q. 79. 9. c.

21 Ratio superior dupliciter inhærer æternis, s. considerando ea secundum se, & ut regulas agendorum consulendo. Ideo est speculativa & practica, 1. q. 79. 9. c & 12. q. 74. 9. c. & 22. q. 45. 3. c.

22 In ratione sunt duo, sc. actus, ut intelligere & ratiocinari, & aliquid constitutum per actum ejus triplex, s. primo diffinitio; secundo enunciatio; tertio syllogismus vel argumentatio, 12. q. 90. 5. ad 2.

23 Applicatio ad opus est finis rationis practicæ, 22. q. 47. 1. ad 3. & 3. c.

24 Ratio est primum principium omnium actuum humanorum, & omnia alia principia eorum obediunt rationi, sed diversimode, 12. q. 58. 2. c. & q. 90. 2. c. & q. 100. 1. c. & q. 102. 1. ad 3

25 Quilibet actus rationis se extendit ad quamlibet materiam moralem, 22. q. 54. 1. c.

26 Ratio habet vim movendi a voluntate, quia ex hoc quod aliquis vult finem, ratio imperat de iis quæ sunt ad finem, 12. q. 17. 1. c. & q. 90. 1. ad 3

27 Omnis inquisitio rationis procedit a simplici intuitu principiorum per intellectum, & terminatur ad ipsum per resolutionem, 1. qu. 79. 8. c. & 12. c. & 12. q. 91. 2. ad 2. & q. 100. 1. c. & 22. qu. 8. 1. ad 2. & q. 154. 11. c.

28 Idem potest esse ratio diversorum excedens, ut divina essentia, non autem adæquata, 1. q. 14. 6. ad 1. & q. 55. 3. ad 3

29 Ratio est nobilior virtute morali acquisita, 12. q. 58. 2. ad 3. & q. 61. 2. ad 3

1 Rationale dicitur dupliciter; † primo quidem sumitur stricte & proprie, secundum quod ratio dicit quandam obumbrationem intellectualis naturæ, ex eo quod non statim veritatem agnoscit, sed inquirendo per discursum invenit, & ita rationale est differentia animalis; quo modo nec Deo competit, nec angelis. Quandoque autem sumitur communiter pro qualibet cognitione virtutis non impressæ in materia; & sic communiter convenit Deo, angelis, & hominibus. Illa enim substantia intellectualis dicitur proprie, cujus tota cognitio secundum intellectum est; cognoscit enim subito quæ sibi offeruntur sine discursu, Anima vero cum discursu; & ideo non proprie intellectualis, sed rationalis dicitur, 1. q. 51. 1. ad 2. & 22. qu. 83. 10. ad 2

2 Rationale convenit Deo & angelis supereminenter, 1. q. 29. 3. ad 5. & 22. qu. 83. 10. ad 2

3 Dicitur dupliciter, s. per essentiam, & per participationem, 1. q. 18. 2. ad 2. & 3. 0. & 4. 5. c. & 12. q. 50. 4. c.

4 Rationale & sensibile, ut sunt differentiæ, sumuntur ab anima rationali, & ab anima sensitiva, non autem a potentia rationis, & potentia sensus, licet per has noscantur, 1. q. 76. 3. ad 4. & q. 77. 1. ad 7. & 3. c. & 12. q. 110. 4. ad 4

1 Reatus pœnæ est effectus peccati per accidens tantum & dispositive, 12. qu. 87. 1. 0.

2 Non

2 Non omnium peccatorum est idem reatus, 3. q. 88. 1. c

3 Reatus manet post actum peccati, 12. q. 87. 6. 0

1 Rebellis & contumax semper occidebatur in veteri lege, 12. q. 105. 2. ad 9

1 Recipere, pati, & hujusmodi, dicuntur æquivoce de intellectu, & de materia prima, 1. q. 50. 2. ad 2

2 Non omne receptivum oportet esse denudatum ab omni natura determinata, sed tantum a natura recepti, 1. q. 75. 2. c

1 Rectitudo duplex, scilicet circa exteriora, & quæ dicit debitum ordinem ad finem, & ad legem Dei. Prima est justitiæ, secunda vero est omnis virtutis, 12. q. 55. 4. ad 4

1 Redemptio requirit duo, scilicet solutionem & pretium. Et utrumque immediate convenit soli Christo, sed principaliter toti Trinitati, 3. q. 48. 5. 0

2 Christus est Redemptor noster dupliciter, sc. liberando a diabolo, & reconciliando nos Deo, 3. q. 48. 6. ad 3

1 Redundantia fit in corpus ex iis quæ sunt in anima, nisi in Christo patiente, in quo illa naturalis habitudo, quæ est animæ ad corpus, subjacebat voluntati divinitatis ipsius, ex qua factum est, quod beatitudo remaneret in anima, & non derivaret ad corpus; sed caro pateretur quæ conveniunt naturæ passibili, 12. qu. 3. 3. c. ad 3. & qu. 4. 6. c. item qu. 75. 4. ad 1. item ad 2. item 22. qu. 175. 4. ad 1. item ad 2. item 3. qu. 14. 1. ad 2. & qu. 15. 1. ad 3. item 6. c. item 9. ad 3. item qu. 19. 3. ad 3. item qu. 28. 2. ad 3. item qu. 45. 2. c. ad 1. & qu. 46. 2. c. ad 2. & 8. c. ad 2. item qu. 49. 6. ad 3. item q. 54. 2. c. item q. 79. 1. ad

1 Reduplicatus terminus sumitur quandoque pro supposito, sed magis proprie pro natura, quia sumitur in vi prædicati, 3. quæstione 16. 11. 12. 0

2 Quod convenit alicui cum reduplicatione, non semper convenit simpliciter sine ea, 3. q. 16. 10. ad 3

1 Regere & gubernare est proprie rationis, 22. q. 47. 12. c

1 Regnum Dei principaliter est in interioribus, consequenter in iis, sine quibus illa non possunt esse, non autem in differentibus, 12. q. 108. 1. ad 1

1 Regula actuum humanorum duplex, scil. humana ratio, & lex æterna, scil. Deus. Sicut etiam est duplex regula voluntatis hominis, sc. regula regulans, id est voluntas divina; & regula regulata, id est voluntas unius hominis respectu voluntatis alterius. Nam voluntas unius hominis, secundum se considerata, non est regula voluntatis alterius, sed inquantum voluntas proximi est hærere voluntati Dei, quod fit per consequens regula secundum primam regulam, 22. qu. 19. 4. 0. item 21. 1. c. & qu. 63. 3. 4. c. & qu. 71. 6. c. & qu. 74. 7. c. & q. 90. 1. item 22. qu. 3. 6. c. item qu. 8. 3. ad 3. & qu. 17. 1. c. & q. 19. 7. c. item q. 23. 3. 6. c. & q. 37. 1. ad 1. & quæst. 45. 2. 0. & q. 1. 54. 2. ad 1

2 Aliquid continetur in regula, dupliciter, sc. ut finis, id est actus virtutum, & ut exercitium exterius, id est tria vota, scilicet obedientiæ, paupertatis, & continentiæ, ad quæ omnia alia ordinantur, 22. 0. 186. 9. c

Religio monachorum & canonicorum regularium ordinatur ad opera vitæ contemplativæ; inter quæ præcipua sunt ea quæ aguntur in divinis mysteriis, ad quæ ordinatur directe ordo canonicorum regularium, quibus per se competit quod sint clerici religiosi. Sed ad religionem monachorum non per se competit, ut sint clerici religiosi, ut habetur in decretis. Et ideo quamvis ordo monachorum sit arctioris observantiæ, si monachi essent laici, liceret transire ab ordine monachorum ad ordinem canonicorum regularium; non autem e converso; ut habetur in decretis,

tis, ubi dicitur; Mandamus & universaliter interdicimus ne quis canonicus regularis professus, nisi (quod absit) publice lapsus fuerit, monachus efficiatur. Sed si monachi sint clerici, sacris mysteriis obsequentes, habent id quod est canonicorum regularium, cum majori arctitudine. Et ideo transire licitum erit de ordine canonicorum regularium ad ordinem monachorum, petita tamen superioris licentia, ut dicitur in decretis, 22.q.189.8.ad 2

1 Relatio secundum esse ejus est aliquid, non autem secundum rationem ejus, sed est ad aliquid. Alia vero prædicamenta sunt aliquid utroque modo. 1.q.28.1.2.c

2 Relatio realis est eorum quæ ad invicem habent ordinem & inclinationem, 1. qu. 28.1.c

3 Relatio secundum rationem ejus nihil ponit in subjecto, 1.q.28.1.2.c

4 Omnis relatio fundatur in qualitate vel quantitate, vel actione vel passione, 1.qu.28. 4. c

5 Relatio, quæ est accidens, præsupponit distinctionem suppositorum, non autem relatio subsistens, scilicet divina, sed eam fert secum, 1.quæst.40.1. ad 4

6 Relatio duplex, sc. realis, & rationis, 1.q.28.1.c

7 Relationes differentes specie non possunt terminare eandem relationem in specie, contra Præpositivum, 1. qu. 32.2.c

8 Aliquando ex parte unius extremi est tantum una relatio, & ex parte alterius sunt multæ, 1.q.35.5.ad 3

9 Relatio in patre differt specie a relatione in matre, 3.q.35.5.ad 3

10 Unitas & pluralitas specifica relationum sumitur ex causa, numeralis autem ex subjecto, nulla vero ex terminis, 3.q.35.5.9

11 Idem ad seipsum non refertur aliqua relatione reali, 2.q.42.1.ad 4.& q.45.3.ad 2

12 Relatio realis requirit distinctionem suppositorum, non autem relatio rationis, 1.q.13.7.c.& q.42.1.ad 4

13 Relatio identitatis numeralis est relatio rationis tantum, generica vero & specifica est relatio realis, 1.q.13. 7.c.& q.28.1.ad 2.& 4.ad 1.&q. 42.1.ad 4

14 Alia ratione refertur dominus ad servum, & servus ad dominum, 1.qu.13.8. ad 1.& 22.qu.81.1.ad 3.& 3.qu.20.1.ad 2.& 1.c

15 Relatio est ens reale, licet non omnis, 1.q.13.7.c.& q.28.1.c

16 Relatio realis requirit duo extrema realia, 1.q.13.7. c.& q.28.1.ad 2.& 4.ad 1

17 Necesse est, quod procedens, & id a quo procedit, quando sunt ejusdem naturæ, sint in eodem ordine, & habeant relationes reales, 1. q. 28.1.c

18 In iis tantum, in quibus est eadem ratio ordinis ex utroque termino, est mutua relatio realis, ut in omni relatione consequente quantitatem, 1.q.13.7.c.& q.28.1.c

19 Quando unum relativorum dependet ex altero, & non e converso, relatio est realis tantum in dependente, 1.qu. 28.1.c

20 Relationes consequentes actionem & passionem sunt reales in utroque termino, ut motivum & mobile, pater & filius, 1.q.13.7.c

21 Relationes consequentes tantum operationem intellectus in rebus, sunt relationes rationis tantum; sed quæ sunt inter verbum & intellectum, sunt relationes reales, 1.qu. 13.7.2.& q.28.2.ad 4.& 4.ad 1

22 Relatio scientiæ ad scibile est realis, e converso autem est rationis tantum, 1.q. 6.2.ad 1.& qu.13.7.c.& 3.qu.35. 5.ad 3

23 In quibus differt intellectus, & intellectum, volens & volitum, potest esse relatio realis scientiæ ad scibile, voluntatis ad rem volitam, non autem in Deo, 1.q.28.4.ad 1

24 In relatione sunt aliqua secundum rationem tantum, non autem in aliquo alio genere, 1.q.28.1.c

25 Omnis respectus ad non ens est relatio rationis tantum, 1.q.13.7.c

26 Relatio relationis non est inhærens, 1.q.28 1.c

27 Relatio rationis contingit quadrupliciter, scil. vel quando relatio non habet aliquid in rei natura, supra quod fundetur. Et inde est, quod quandoque contingit, quod relatio est realiter in uno, & non in alio, quia in uno habet modum quemdam supra quem fundatur, quem non habet in alio; sicut est in omnibus illis relationibus, quibus Deus ad creaturam refertur, quæ quidem realiter sunt in creatura, & non in Deo. Vel quando relatio non habet aliquam realem diversitatem inter extrema, sicut relatio identitatis. Et ideo hæc nihil ponit secundum rem, sed solum secundum rationem, ut cum dicitur, idem eidem idem. Vel quando designatur relatio aliqua entis ad non ens, ut cum dicitur, quod nos sumus priores iis qui futuri sunt. Vel quando ponitur relatio ipsius relationis. Ipsa enim relatio per seipsam refertur, & non per aliam relationem. Et hos ultimos duos modos ponit Avicenna; sed primi duo possunt extrahi etiam ex verbis Philosophi, 1.q.13.7.c

28 Ratio relationis dependet ex termino, sicut & motus, sed esse ejus dependet ex subjecto, 3.q.2.7.ad 2

29 Relatio innascitur aliquando ex motu utriusque termini, & aliquando ex motu alterius termini tantum, 3.q. 2.7.c

30 Relatio realiter potest alicui de novo advenire, sine mutatione ejus, 1.q.13.7.c.& 3.q.16.6.ad 2

31 Omnis relatio incipiens ex tempore ex aliqua mutatione causatur, 3.q.2.8.c

32 Actiones & passiones, inquantum implicant motum, sunt aliud a relationibus, quæ ex eis consequuntur, 1. q. 41. 1.ad 2

33 Relationes non recipiunt magis & minus, 12.quæst.82. 4.c

34 Relatio eadem numero est in omnibus simul trahentibus idem, 3.q.35.5.ad 3

35 Aliquando ex parte unius extremi est tantum una relatio, & ex parte alterius multæ, 3.q.35.5.ad 3

36 Nulla relatio refertur ad se, nec ad aliam per aliam relationem, sed per seipsam, 1.q.42.1.ad 4.& q.43.3.ad 2

37 In divinis sunt quædam relationes reales, 1.q.28.1.c

38 In divinis sunt tantum quatuor relationes reales, sc. paternitas, filiatio, spiratio, & processio, 1.q.28.4.c. & qu. 30.1.c.& 2.c.ad 1

39 † Relatio in divinis non est totum universale, nec omnes simul sunt aliquid majus, quam una tantum, 1.q. 42.4.ad 3

40 Relatio in divinis potest tripliciter considerari, sc. ut relatio absolute, ut divina constituens personas, tertio ut operatio. Primo modo sequitur operationem & processionem, secundum nostrum modum intelligendi. Secundo e converso. Tertio sunt simul, 1.q.40.4.c

41 Oriri vel procedere non convenit relationibus divinis, 1.q 28.3.ad 3

42 Relatio & essentia in divinis sunt idem realiter, & differunt ratione, 1.q. 28.2.c. & qu.29.4.c.& q.39. 1.c. & qu. 40.1.c.ad 1.& qu.41.5.ad 2. & q. 42.6.ad 3

43 Relatio in divinis, ut comparatur ad essentiam, est similis relationi identitatis, non autem ut comparatur ad terminum, 1.q.28.1.ad 2

44 Relationes sunt in essentia Dei per identitatem tantum, sed in personis, ut in supposito, 1.q.40.1.ad 1

45 Relationes in divinis sunt realiter ipsæ personæ, & in personis, 1.quæst.30.2.ad 1.& qu.32.2.c.ad 2.& qu.40. 1. c. &

2.c.ad 1.& qu.41.6. c. & qu. 42. 3.ad 2

46 Relationes in Divinis, ut origines, sunt idem re, & differunt ratione, quia origines significantur per modum actus, ut generatio, relationes vero ut forma, 1.q.40.2. 0. & q.41.1.ad 2

47 Sed non sunt realiter in Deo, nec extra Deum, nec ipse Deus, 1.qu.13.7.c. fin. & ad 2.& ad 4.& qu.28. 1. ad 3. & 4. c.

48 Nec sunt reales, sed rationis tantum, 1. qu.6.2.ad 1. item qu.13. 7.0.& qu.28.1.ad 3. & qu.32.2.fin.& qu. 45. 3. ad 2. & 3.q.35.5.c

49 Relationes Dei ad creaturas sunt etiam in Deo, secundum tationem & intellectum nostrum, & angelicum, & divinum, 1.q.13.7.ad 2.& ad 4

50 Relationes Dei ad creaturasnon multiplicantur in intellectu Dei, sicut in intellectu nostro, 1.q.28 4.ad 2

51 Non derogat simplicitati Divinæ, quod multæ relationes Dei ad creaturas prædicentur de Deo, 1.q.32.2.c.fi.

1 Relativum duplex, scilicet secundum esse, & secundum dici, 1.q.13.7.ad 1

2 Diversitas relativorum triplex, sc. realium in utroque termino, vel in altero tantum, vel in neutro, 1.q.13.7.c

3 Relativum in Divinis dicitur quadrupliciter, sc. quod refertur secundum nomen suum, causans vel consequens relationem, implicans eam, & quod ponitur pro ea, 1. qu. 13.7.ad 1

4 Relativa non sunt simul natura, nisi æqualiter mutuo referantur, 1.q.13.7.ad 6

5 Non sunt simul natura, propter ordinem rerum, sed tantum per hoc, quod unum est de intellectu alterius, & e converso, 1.q.13.7.ad 6

1 Religio importat ordinem ad Deum, ad quem ordinat hominem, 22.qu.81.1.0.& qu. 94.1.ad 1

2 Dicitur a frequenti electione divini cultus. Vel dicitur ab iterata electione Dei negligenter amissi. Vel dicitur a religando, 22.q.81.1.c

3 Est virtus reddens debitum honorem Deo, 22.q. 60.3.c. & 22.quæst.80.c.& qu.81. 2.0.& 5. c.& qu.82.2.c.& qu. 83.3. c. & qu.84.1.c.& qu.89.4. ad 1. & q. 97.3.c.& qu.98.2.c.& qu. 102.1. c.& qu.103.3.c.& qu. 122.3.4.c. & q.186.1.c

4 Est alia virtus a pietate, 22.quæst. 101. 3. ad 2. & 102. 1. ad 1

5 Est una virtus, quia exhibet reverentiam Deo sub una ratione, scil. ut Deus est primum principium creationis & gubernationis rerum, 22. qu. 81.3.0.& 4.ad 1.& ad 2

6 Cæteris virtutibus imperat, 22.qu.81.1.ad 1.& 4.ad 1. & 8.ad 1.& qu.88.5.c. & q. 186. 1.c.ad 2

7 Præfertur aliis virtutibus moralibus, 22.q.81.6.0. & qu. 88.6.c.& q.183.2 c

8 Sicut religio est quædam protestatio fidei, spei, & charitatis, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum, sic pietas est quædam protestatio charitatis ad parentes & patriam, 22.q.101.3.ad 1

9 Sicut religio per excellentiam dicitur pietas, sic latria dicitur dulia, inquantum Deus est excellenter pater & dominus, 22.qu.103.3.ad 1.& q.106. 1.ad 1

10 Omnia illa per quæ Deo reverentia exhibetur, pertinent ad religionem, 22. q. 83. 3. c

11 Religiosi non subiiciunt se homini propter hominem, sed propter Deum, 22.qu. 81. 1.ad 5

12 In religione considerantur duo, sc.cultus Dei, & Deus. Primum est materia & objectum ejus, secundum vero est finis ejus, 22.q.81.5.0

13 Religio est in voluntate. Ideo ordinat actus aliarum potentiarum ad Dei reverentiam, 22.qu.83.3.ad 1.& q. 88. 5. c

14 Omnes actus ejus pertinent ad cultum Dei, vel servitutem ejus. Primum respicit excellentiam Dei, secundum vero subjectionem hominis, 22.q.81.3.ad 2

15 Religio habet duplices actus, sc. elicitos, ut sacrificare, adorare, & hujusmodi; & imperatos, scil. actus aliarum virtutum, 22.qu.81.1.ad 1. & qu.85.3.0.& qu.186.1.ad 2. & q. 188.2.c

16 Habet duplices actus, sc. interiores, ut principales & per se; & exteriores, ut secundarios, & propter interiores, 22.qu.81.7.0.& q.82.princ. & q.84.2.0.& q.85.2.c

17 Religio nominat statum perfectionis, 22.q.186.1.0

18 Status religionis ordinatur ad perfectionem charitatis, sicut ad finem, 22.q.186.7. ad 1.& 2.c.& qu.187.2.c.& qu. 188. 2.7.c

19 Religio est status pœnitentiæ, exercitium & schola perfectionis, 22.qu.186.1. ad 4. & 2.c.& 3.c.ad 5. & 5. c. & qu. 187.6.c.& qu.188.1.c.& qu. 189. 2.c.ad 3

20 Status religionis est spiritualis militia proficientibus, & exercitium tyrocinii incipientibus. Nam ordines sacri præexigunt sanctitatem; sed status religionis est exercitium quoddam ad sanctitatem assequendam. Unde pondus ordinum imponendum est parietibus jam per sanctitatem deficcatis; sed pondus religionis deficcat parietes, id est homines ab humore vitiorum, 22. q.189.1.ad 3

21 Præfertur eleemosynis, & virginitati sæcularium, quia viventes in monasteriis ad hoc quod inhærent Deo, postponunt propriam voluntatem, & omnia quæ possunt habere. Sed virgines ad hoc postponunt venereas voluptates. Et ideo virginitas non simpliciter est maxima virtutum, 22.q.98. 3. ad 2.& ad 3.& 22.q.152.5.b. & c.& q.186.8 c

22 Status religionis potest considerari tripliciter, sc. ut exercitium tendendi ad perfectionem charitatis, ut quietans, & ut holocaustum, 22. q.186.7.ad 5

23 Difficilius servantur præcepta Dei in sæculo, quam in religione, 22.q.189.1.ad 5

24 Omnis religio sumpsit originem a discipulis Christi, 22.q.188.7.c.fin.

25 Voluntaria paupertas requiritur ut primum fundamentum ad perfectionem religionis, 22.quæst.186. 3. 0. & 4. c. ad 1

26 Habere aliquid proprium, repugnat perfectioni religionis, non autem habere aliquid in communi; sed aliqualiter impedit, si superabundet, 22. q.188.7.0

27 Ad perfectionem religionis requiritur perpetua continentia, 22.qu.88.11.c.fin.& q. 184.4.0

28 Obedientia requiritur ad perfectionem religionis; quia cum religio sit disciplina & exercitium tendendi ad perfectionem, necessaria est directio alicujus quasi magistri, quem omnino sequatur proficiens, quod fit per obedientiam ad majores, 22.q.186.5.0

29 Votum triplex requiritur ad perfectionem religionis, scilicet votum paupertatis, continentiæ, & obedientiæ, 22. q.108.4.c.& 22.q.186.6.0

30 Perfectio religionis integratur ex prædictis tribus votis, 22.qu.186.7.0. & qu.188.1. ad 2.& 2.ad 2

31 Votum obedientiæ est præcipuum inter tria vota religionis, 22.qu.186.8. 0. & qu. 188.7.ad 1

32 Interiores actus virtutum non cadunt sub voto religionis, sed religio ad eos ordinatur, ut ad finem, 22. q. 186. 7. ad 1

33 Ad religionem requiritur subtractio impedientium hominem, ne totaliter feratur ad servitium Dei, 22.q.186.4.c

34 Omnes observantiæ religionum ordinantur ad tria principalia vota, ad quæ etiam pertinet habitus, ut signum obligationis. Ideo simul datur, vel benedicitur cum professione, 22.qu.186.7.ad 2.& qu.188. 1.ad 3

35 Per ingressum religionis homo totaliter se mancipat

Dei obsequiis, 22.qu.189.3.c. ad 3

36 In ingressu religionis recipitur tanta gratia, quanta recipitur in baptismo, & remittitur omnis pœna. Sed hoc non est quia talis ex se a satisfactione absolvatur, sed quia eo ipso quod suam voluntatem etiam in servitutem redigit propter Deum, plenarie jam pro omni peccato satisfecit, quam chariorem habet omnibus rebus mundi, de quibus tantum potest dare, quod eleemosynis omnia peccata sua redimeret, etiam quantum ad pœnam, 22.q.189.3.ad 3

37 Consilium vel magna deliberatio non requiritur ad ingressum religionis secundum se, nec quoad vires; sed quoad impedimenta, vel modos religionis per doctrinam majorum ab iis qui sperantur prodesse, ut de ingressu religionis frequenter contingit, ex igneto sermone prædicationis, vel ex virtuosa operatione, & excellenti vita doctoris, 22. qu. 189.10.0

38 Habens votum, vel juramentum minoris religionis licite inducitur ad majorem, non autem e converso, nisi dispensetur, 22.q.189.9.ad 3

39 Non licet induceret aliquem ad religionem per falsam doctrinam, 22.q.189.9.c

40 Inducens alios ad religionem non peccat si fiat, sine violentia, simonia, & mendacio, sed magnum præmium meretur, 22.q.189.9.0

41 Licet dare vel accipere aliquid pro victu in monasterio, si non sit sufficiens, non autem pro ingressu religionis, quia simonia est, 22.qu.100.3. ad 1

42 Licet nutrire pauperes ad religionem, vel allicere munusculis, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterii, 22.q.189.9.c.& q.100.3.ad 4

43 Presbyteri, curati, archidiaconi possunt sine licentia ingredi religionem, 22.q.184. 6.8.c.ad 4.& q.189.7.0

44 Non licet parentibus ingredi religionem, nisi proviso, quod filii educari possint, 22. q.189.6.c

45 Non licet filiis ingredi religionem, si parentes sine eis commode vivere non possint, 22.qu.188.6.0.& qu.101.4. ad 3.& ad 4

46 Servus non potest recipi in religione, invito domino ejus, 22.qu.88.8.ad 2.& ad 4.& q.189.5.c.& 6.ad 3

47 Obligatus debitis prius debet solvere quantum potest, & tunc potest ingredi religionem, licet non possit omnia solvere, 22.q.189.6.ad 3

48 Puer ante pubertatem potest recipi in religione, de consensu parentum, sed post, etiam eis invitis, 22. q. 88. 8. ad 2.& 9.0.& q.189.5 o

49 Non exercitati in præceptis Dei debent recipi ad religionem, 22.q.189.1.0

50 Facilius convertuntur ad religionem peccatores, quam præsumentes de sua innocentia, 22.q.189.1.ad 1

51 Recepti simoniace scienter post concilium generale repelluntur a suo monasterio, sine spe restitutionis, & ad perpetuam pœnitentiam, in arctiori regula debent poni, vel in alio loco ejusdem ordinis, si arctior ordo non invenitur. Si vero ante, debent poni in alio ejusdem. Vel si non potest, sint in eodem, ne vagentur, sed in loco inferiori. Si autem ignoranter, postquam renunciaverunt, possunt de novo recipi, mutatis locis, 22.q.100.6.ad 5

52 Obligare se voto ad ingressum religionis, est laudabile secundum se, 22.q. 88.9. o.& q.89.2.o

53 Vovens ingredi religionem tenetur intrare quam citius potest, nisi posuerit terminum, 22.qu.88. 3. ad 2. & q. 189.3.0

54 Non tenetur ibi perpetuo manere, nisi hoc intenderit, 22.q.189.4.0

55 Eadem ratio est de monachis, & de aliis religiosis, quoad communia omni religioni, non autem quoad propria monachorum, 22.qu. 188. 2.ad 2

56 Religiosi non tenentur habere perfectam charitatem, sed ad hoc tendere, & ad hoc operam dare, 22.q.186.2.c. ad 1.& 9.c

57 Nec ad ea quæ consequuntur perfectionem charitatis, sed ad hæc tendere, non contemnendo, 22.q.186.2.c

58 Nec ad omnia exercitia, per quæ venitur ad perfectionem, sed tantum ad taxata secundum regulam suam, 22. q.186.2.c

59 Nec ad omnia consilia de particularibus melioribus, sed ad essentialia religioni, 22. q. 186.2.ad 3

60 Nec ad alia quam sæculares, nisi quæ ad eorum vota pertinent, 22.q. 110. 4. ad 5.& q.187.3.0

61 Nec ad opera manualia plusquam sæculares, nisi ad quæ tenentur ex statutis ordinis sui, 22.q.187.3.0

62 Religiosus factus episcopus non absolvitur a tribus votis religionis, quia nihil debet habere proprium, sed est dispensator communium bonorum ecclesiæ. Sed per accidens non tenetur obedire, si superiorem non habeat, sicut nec abbas, 22.q.88. 11. ad 4.& q.185.8.0

63 † Professi religionem mortui sunt mundo, & vivunt Deo. Unde non sunt revocandi ad vitam humanam occasione cujuscunque eventus, 22. q.88.11.ad 1

64 † Nec religiosos oportet exire claustrum, ad corrigendum delinquentes, 22.q.33. 2.ad 4.fi.

65 Professus non debet exire religionem, ut parentibus subveniat, sed procuret eis sicut potest cum licentia, 22.q.101. 4.ad 4.& q.189.6.ad 1

66 Transgressio regulæ, quoad tria vota principalia religionis, est peccatum mortale, non autem quoad alia, nisi propter præceptum vel contemptum. In quibusdam tamen aliis, ut est silentium, solitudo, abstinentiæ, & vigiliæ graves, possunt prælati in religione ipsi secum dispensare, sicut & cum aliis, 22.qu. 88. 11. ad 4. & q.185.8.0.& q.186.9.0. & qu. 188.5.c

67 Licet religiosis ex commissione prædicare, & similia, 22.q.187.1.0.& 4 ad 2

68 † Religiosis competit principaliter intendere studiis litterarum pertinentium ad doctrinam, quæ est secundum pietatem. Aliis autem doctrinis intendere, non pertinet ad religiosos, quorum tota vita divinis obsequiis mancipatur nisi in quantum ordinantur ad sacram doctrinam, 22.qu.188. 5.ad 3

69 Licet eis advocare pro monasterio, pro pauperibus, & viduis, non autem propter aliquod mundanum, 22.q.71.2. o.& q.188.3.ad 2

70 Tractare negotia sæcularia, moderate cum licentia, ex charitate, non autem ex cupiditate, 22.qu.18.3.ad 2. & qu.187.2.o.& qu.188. 2. ad 2. & q.189.6.ad 1

71 Vivere de eleemosynis, quasi debitis eis dupliciter, sc. ratione necessitatis triplicis, i. infirmitatis, egestatis, & consuetudinis; & ratione operis quadruplicis, sc. prædicationis, altaris, studii, & donationis omnium bonorum suorum monasterio, 22.q.187.4.o

72 Mendicare pro humilitate, necessitate, vel utilitate, non autem ex cupiditate, sicut sæcularibus, 22.q.187.5.o

73 Uti vilibus vestibus, ad contemptum sæculi, ad pœnitentiam, & humilitatem, 22. q.169.1.ad 2.& q.187.6.o

74 Religiosis militibus licet bellum facere, auctoritate principis, non autem auctoritate propria, 22.qu. 188. 3. ad 4.& 4. ad 2

75 Religiosi dicuntur dupliciter, sc. communiter omnes qui per fidem colunt Deum, & specialiter, qui totam vitam suam dedicant cultui divino, 22.q.81.1.ad 5.& qu.188.1.ad 1. & 2.ad 2

76 Gradus religionis triplex, cui competit triplex gradus

paupertatis, sc. quia primum & summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ propinquissimæ sunt perfectioni episcoporum. Secundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem. Tertius est earum quæ occupantur circa exteriores actiones, 22.qu.188.6. c.& 7.o

77 Religionum aliquæ ordinantur ad opera vitæ contemplativæ, aliquæ vero ad opera vitæ activæ, 22. q.188.2.o. & 3.4.5.c

78 Sunt diversæ, principaliter secundum fines, secundario secundum exercitia, 22.q.188. 1.o.6.c

79 Quædam religio convenientissime instituta est ad prædicationes, confessiones, & alia hujusmodi spiritualia, 22.q.188.4.o

80 Et ad studium, quia illud illuminat, removet errores, prodest ad prædicandum, & hujusmodi, domat luxuriam, & avaritiam, & valet ad obedientiam, 22.q.188.5.o

81 Et aliqua ad militandum, non quidem propter aliquid mundanum, sed ad defensionem divini cultus, & proximi, 22.q.188.3.o.& 4.ad 2.& ad 5

82 Summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, secundum vero quæ ad contemplandum, tertium autem quæ ad opus extrinsecum. Et in singulis præeminent, quæ sunt ad altiorem actum in eodem genere, vel ad plura, vel quæ habent statuta convenientiora ad suum finem consequendum, non autem quæ est arctior, 22. qu. 188.6.o.& q.189.8.ad 2

83 Religio principaliter est melior, cujus finis est potior, ideſt ad majus, vel ad plura, secundario autem quæ melius proportionatur fini, 22.q.188. 6.o.& q.189.8.c

84 Tanto perfectior est secundum paupertatem, quanto habet eam magis proportionatam suo fini, 22.qu.188.7.c.ad 1

85 Religio ordinata ad actiones corporales esset imperfecta, si careret divitiis in communi, non autem aliæ, 22.q. 188.7.c.& q.189.8.ad 2

86 Religio solitariorum est perfectior quam socialis, sed periculosissima est imperfectis, 22 q.188.8.o

87 Transire de una religione in aliam non est laudabile secundum se, quia facilius proficitur in prima, & relicti scandalizantur, nisi forte propter magnam utilitatem, vel necessitatem. Sed laudabiliter transitur tripliciter, scilicet zelo perfectionis religionis vel quæ melius servatur, licet sit minior; vel propter infirmitatem. In primo debet peti licentia propter humilitatem. Sed negari non potest; tamen si non constet, requiritur judicium superioris, sicut & in secundo, sed in tertio requiritur dispensatio. 22.q.189.8.o

88 Nulla satisfactio æquipollet pœnitentiæ religiosorum, 22.q.189.3.ad 3

89 Status sæcularium periculosior esse dicitur quam religionis status, 22.q. 189.1. ad 5. 6.

90 Cum quis non possit Deo oblationem præstare ex re aliena, non potest vir seipsum Deo offerre sine consensu uxoris, cujus suum corpus consummatione matrimonii esse dicitur, suppl.q.61.1.o

91 Sicut post carnalem copulam solvitur matrimonium per mortem carnalem, ita ante copulam carnalem, quod solum est vinculum spirituale, matrimonium dirimi potest per ingressum in religionem, cum religio sit quædam mors spiritualis, suppl.q.61.2.c

92 Potest mulier mortuo viro spiritualiter per ingressum religionis alteri nubere, sicut etiam idem ei licet, viro defuncto morte corporali, sup. q.61.3.o

93 Religiosi crucifixi cum Christo dicuntur, qui quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt, secundum Bedam, 3. q.46.11.c

Reliquiæ sanctorum, vel divina verba licite portantur suspensa ad collum, si portentur ex fiducia Dei & sanctorum, quorum sunt reliquiæ. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud vanum, puta quod vas in quo sunt esset triangulare, aut aliquid aliud hujusmodi, quod non pertineret ad reverentiam Dei & sanctorum, esset superstitiosum & illicitum, 22.q.96.4.ad 3

Remedium duplex contra malum, scil. impediens futurum, & removens malum præsens, 12.q.42.6.ad 1

Reminiscentia est inquisitio ejus quod excidit a memoria, & prior ea est tantum in parte sensitiva, & tantum in homine, 1.qu.78.4.c.fin.ad 5. & 12. q.74.3.ad 1

Ex parte memorativæ non solum habet homo memoriam, sicut cætera animalia, in subita recordatione præteritorum, sed etiam habet reminiscentiam, quasi syllogistice inquirendo præteritorum memoriam, secundum singulares intentiones. Et illam eminentiam habet cogitativa & memoria in homine, non per id quod est proprium sensitivæ partis, sed per aliquam affinitatem & propinquitatem ad rationem universalem, secundum quandam refluentiam. Et ideo non sunt aliæ vires, sed eædem, perfectiores quam sint in aliis animalibus, 1.qu.78. 4.c.fi.ad 5

Remissio in puniendo opponitur directe crudelitati, non autem sævitiæ. Nec est vitium, nisi sit contra justitiam, 22.q.159.2.ad 3

Remunerantur bona facta sine gratia in præsenti, 22. qu. 83.16.o.& q.178.2.ad 1. & 3.q. 82.6.c.& 7.ad 3

Remunerator inquirentibus se Deus est, 22.q.2.5.b.& 3.q. 56.2.ad 3

Reniti votis inferiorum possunt superiores, 22. q. 88.8.ad 4.& 3.q.28.4.o

Reparari naturam humanam post lapsum fuit congruentissimum ex parte Dei; quia in hoc manifestatur misericordia potentia, & sapientia ejus, & ex parte naturæ humanæ, & universi, 3.q.1.1.c

1 † Reprobatio Dei est pars providentiæ, respectu eorum qui exciderunt a beatitudine; sicut prædestinatio, respectu eorum qui divinitus ordinantur ad eam, 1.quæst.23. 3.c

2 Addit supra præscientiam voluntatem permittendi peccare, & inferendi pœnam æternæ damnationis, 1. qu. 23. 3.c

3 Reprobatio Dei non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Ideo dicit impossibilitatem conditionatam ad gratiam, non autem absolutam, 1.q.23.3.ad 3

4 Deus reprobat aliquos homines, 1. quæst. 23. 3. o. & 4. corp.

1 Reptile est animal, cujus corpus non multum elevatur a terra per instrumenta motus, sed redit vi costarum, ut serpens, vel vi annulorum, ut annulosa, vel vi oris, ut quidam vermis, vel vi pinnularum, ut pisces, 1. quæst.72.2. ad 2

2 Reptilium quædam sunt aquatica, & quædam terrestria; ideo commemorantur in scriptura cum utroque elemento, 1.q.71.o.& q.72.ad 1

1 Repudiari conjuges non possunt, cum conjugii fines sint ita a lege naturæ constituti, ut perpetuo liberi educentur, hæredesque instituantur, sup. q.67.1.o

2 Sive inseparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ, sive inter secunda contineatur, sub dispensatione cadere potest, supplem. q.67.2.o

3 Non licebat Dei mandato sub lege Moysi uxorem repudiare, sed propter duritiam cordis Judæorum illis permittebatur, ut majus malum evitaretur, suppl.q.67.3.c

4 Cum mulier, quanto tempore vir vivit, alligata sit legi viri, non potest etiam repudiata alteri nubere, nisi ex dis-

penſatione divina ei permiſſum fuerit, ſuppl.q.67.4.o

5 Ne temere uxorem vir repudiaret, prohibitum fuit ne ſemel ab eo repudiatam denuo in uxorem accipiat, ſupplem. q.67.5.c

6 Repudii proxima cauſa eſt odium viri in uxorem, quod cum ex aliqua cauſa contrahatur, alias eſſe cauſas, ſed remotas repudii, fatendum eſt, ſuppl.q.67.6.o

7 Cauſa repudii in libello particulatim non ſcribebatur, ſed generatim, ſup.q.67.7.c

1 Requiri ad aliquid contingit quadrupliciter, ſcilicet ut præparans, perficiens, coadjuvans, & concomitans, 22.q.4.1.cor.

2 Quandocunque multa requiruntur ad unum, neceſſe eſt unum eorum eſſe principale, 22.q.49.6.ad 1

Res eſt unum de tranſcendentibus. Ideo eſt communis, & indifferens ad abſolutum, & relativum, 1. quæſt. 39. 3. ad 3

Reſpectus diverſi Dei ad creaturam ſunt in Deo ab æterno, 1.q.13.7.ad 3

1 Reſtitutio eſt actus juſtitiæ commutativæ; quia nihil aliud videtur eſſe, quam aliquem ſtatuere in poſſeſſionem rei ſuæ, 22.q.61.princ.& q.62. 1.o.& 2.5.o

2 Reſtitutio male ablati eſt de neceſſitate ſalutis, quantum poſſibile eſt, 22.q.62.o. & qu. 79.3.ad 2

3 Reſtitutio proprie eſt tantum debiti, & in rebus exterioribus, quia ſupponit identitatem, ſed transfertur etiam ad actiones & paſſiones, 22. q.62.1.ad 1.& ad 2

4 Quando res non eſt reſtituibilis, ſicut membrum mutilatum, debet fieri recompenſatio, quantum poſſibile eſt, 22.q.62.2.ad 1

5 Reſtitutio debet ſtatim fieri, vel dilatio peti ab eo qui poteſt concedere uſum rei, quia implicat præceptum negativum, quod obligat ſemper, & ad ſemper, 22.qu.33. 3.c.& q.62.8.o

6 Ante ſententiam judicis ſufficit reſtituere ſimplum, ſed poſt eam, tenetur etiam ad pœnam pro culpa, 12.q.105.2. ad 9.& 22.q.62.3.o.& 4.c

7 Reſtitutio præfertur ſubventioni parentum, niſi in extrema neceſſitate, 22.qu.32.3. ad 3.& qu.32.7.ad 3.& qu. 62.5. ad 4

8 Qui rem alienam accipit injurioſe, vel ad ſui utilitatem, tenetur reſtituere, etiam ſi amiſit eam, 22.q.62.6.o

9 Quicunque eſt cauſa injuſtæ acceptionis, directe vel indirecte, tenetur ad reſtitutionem, 22.q.62.7.c

10 Qui habet rem alienam, tenetur reſtituere, ratione rei, qui vero eam abſtulit, tenetur reſtituere, ratione actionis injurioſæ, 22.q.62.6.c.ad 1

11 Principes tenentur ad reſtitutionem, ſi latrones increſcant, quia redditus, quos habent, ſunt quaſi ſtipendia, ut conſervent juſtitiam, 22.q.62. 7.c.ad 3

12 Impediens aliquem injuſte, ne acquirat præbendam, tenetur ad reſtitutionem ad arbitrium boni viri, non autem ſi juſte impedit, 22.q.62. 2.ad 4

13 Suffodiens femina, vel tenens pecuniam creditoris, ultra terminum præfixum, tenetur reſtituere; non quidem totum lucrum poſſibile, ſed ſecundum æſtimationem, penſatis periculis, laboribus, & expenſis, 22.quæſt.62. 4. ad 1. & ad 2

14 Inveniens aliquid, quod de propinquo fuit alicujus, non habentis illud pro derelicto, tenetur ad reſtitutionem, non autem ſi nunquam fuerat alicujus, ut gemmæ in littore, vel tantum antiquitus, ut theſauri, ſed conceduntur occupanti; tamen ſecundum leges civiles, medietas debetur domino agri, 22.q.66.5.ad 2

15 Quando unus totum reſtituit, alii non tenentur principali, ſed debent refundere partem ſuam ſolventi totum, 22. q.62.6.ad 3.& 7.ad 2

16 Reſtitutio poteſt fieri per con-

confeſſorem ſecrete, ne crimen detegatur, 22.q.62.6.ad 2

17 Semper debet fieri ei, a quo aliquid ablatum eſt, 22. q.62.5.o

18 Si is, cui reſtitui debet aliquid, mortuus eſt, debet dari hæredibus ejus, 22. q.62 5.ad 1

19 Si vere ignotus ſit, debet dari pauperibus, præmiſſa diligenti inquiſitione, 22. q.62.5.ad 3

20 Si autem ſit multum diſtans, debet ei mitti, præcipue ſi ſit res magni valoris, vel debet deponi, 22.q.62.5.ad 3

21 Quando prælatus injuſte concedit res eccleſiæ, debent reſtitui eccleſiæ, ut deveniant ad ſucceſſorem ejus, 22.qu.62. 5.ad 5

1 Reſurrectio ſignificatur per octavam triplici ratione, ſcilicet ad excludendum quorumdam falſam opinionem, propter duplicem vitam, ſc. activam & contemplativam, quarum una ſignificatur per quaternarium, & alia per ternarium, & quia reſurrectio octava ætate erit, 12. qu.102. 5.ad 1.& 3.q.70.3.ad 3

2 Et erit miraculoſa ſimpliciter, ſcil. ex parte principii ſupernaturalis, id eſt Dei, ſed erit naturalis ſecundum quid, ſc. ratione termini. 1. q.105.7.ad 2

3 Omnes reſurgent in ætate juvenili, non quidem quoad numerum annorum, ſed quoad ſtaturam. 3.q.46.9.ad 4

4 Omnes reſurgent immortales, & incorruptibiles, etiam ſecundum corpus, 1. qu. 97.3.c

5 Natura mortalitatis non auferetur a reſurgentibus, ſed erunt ejuſdem ſpeciei, ſicut nunc, 3.q.54.2.ad 2

6 Corpora ſanctorum poſt reſurrectionem erunt impaſſibilia proprie ex dominio animæ ſupra corpus, & magis in magis beatis, & non natura quinti corporis, ut quidam dicunt, quia corpus quintum non venit materialiter ad compoſitionem corporis humani. Et impoſſibile eſt dicere, quod aliqua virtus, qualis eſt virtus corporis cœleſtis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis eſt impaſſibilitas corporis glorioſi, cum immutationem corporis humani Apoſtolus attribuat virtuti Chriſti. Et etiam non poteſt natura cœleſtis ita dominari in corpore humano, quin natura elementatis remaneat, cui ex eſſentialibus ſuis principiis paſſibilitas ineſt, 1. q. 97.3.corp.

7 Hæc impaſſibilitas non tollet ſentire, ſed omnes ſenſus beatorum ſimul erunt in actu proprio, per immutationem ſpiritualem ab objecto exteriori, 12.q.3.3.c

8 Tunc non erit uſus ciborum, venereorum, ſomni, & hujuſmodi, 1.q 97.3.c

9 Neceſſarium fuit Chriſtum reſurgere quintuplici ratione, ſc. ad commendationem divinæ juſtitiæ, ad confirmationem fidei noſtræ, ad ſublevationem noſtræ ſpei, ad informationem vitæ fidelium, & ad complementum noſtræ ſalutis, 3.qu. 53.1.o.& 2.c. & 3.ad 1

10 Chriſtus convenienter reſurrexit tertia die, & non ſtatim, nec in fine mundi, ad confirmationem fidei de humanitate & deitate ejus, 3.q. 51.4.o.& q.53.2.o

11 Reſurrexit mane diluculo, 3.qu.51.4.ad 3.& q.53.2.ad 3.& q.83.2.ad 4

12 Corpus Chriſti reſurrexit glorioſum & integrum, cum qualibet parte ejus, 3.q.54.2. 3.o.& q.55.6.ad 4

13 Reſurrectio Chriſti non debuit primo manifeſtari omnibus, ſed gradatim. Et primo mulieribus; ut mulier quæ prima nuncium mortis ad hominem detulit, primo etiam vitam reſurgentis Chriſti in gloria nunciaret, & ſimiliter ut oſtenderetur quoad aſſequendam gloriam, nihil facere ſexuum differentiam; ſed ſi majori charitate ferveant, majori etiam gloria refulgebunt in regno beatorum, 3. qu.36. 2.c.& q.55.1.o

14 Nec immediate ipſa re-

surrectio debuit ab hominibus videri, sicut ejus ascensio, ex eo quod Christus non rediit resurgendo ad vitam communiter hominibus notam, sed ad vitam immortalem & Deo conformem. Et quia quæ supra hominem sunt, per angelos debent nunciari hominibus, ideo resurrectio Christi debuit per angelos hominibus nunciari, 3.q.55.2.o

15 Christus post resurrectionem suam apparuit pluries, ut ostenderet veritatem resurrectionis. Sed non conversatus est cum discipulis suis continue sicut prius, ut ostenderet gloriam suam, 3.q.55.3.o

16 Convenienter & sufficienter probavit resurrectionem suam duplici testimonio, sc. angelorum, & sacræ scripturæ, & argumentis, id est signis evidentibus, 3.q.55.5.6.o

17 Fuit primus resurgens simpliciter. Sed aliqui prius secundum quid, quia iterum mortui sunt, 3.q.27.3.c. fin. & q.53.3.o. & q.56.1.c.ad 3

18 Qui cum Christo resurrexerunt, mortui sunt iterum, secundum Augustin. & Hieronymum, licet Hieronymus aliquando videatur dicere quod non, 3.q.53.3.ad 2

19 Christus secundum divinitatem fuit causa suæ resurrectionis, non autem secundum humanitatem, 3. quæst. 53.4.o

20 Resurrectio Christi est causa efficiens & exemplaris resurrectionis nostræ, quoad corpora, & quoad animas per gratiam, tamen virtute principalis causæ, scil. justitiæ Dei, 3.q.54.2.c. & q.56.1.2.o. & q.59.2.c.fi. & q.62.5.ad 1

21 Resurrectio Christi est causa exemplaris reparationis vitæ nostræ, & mors Christi, destructionis mortis nostræ; licet utraque sit causa effectiva utriusque, 3.q.56.1.ad 4. & qu. 62.6.ad 1. item ad 3

22 Exemplaritas resurrectionis Christi proprie se extendit tantum ad bonos, licet efficientia ejus proprie se extendat ad resurrectionem tam bonorum quam malorum, 3.qu. 56.1.ad 3

23 Fatendum est resurrectionem esse, in qua anima suo corpori in perpetuum unietur, sup.q.75.1.c

24 Necesse est sicut unum, ita & omnes resurgere, sup. q.75.2.o

25 Resurrectio simpliciter non est naturalis, sed miraculosa, sup.q.75.3.c

26 Christus sua resurrectione nos æterna resurrectione donavit, suppl.q 76.1.o

27 Christus tuba, id est sua voce imperante dormientes excitabit, sup.q.76.2.o

28 In resurrectione utetur Christus ministerio angelorum in his quæ corporaliter fieri debent, sup.q.76.3.c

29 Convenienter humanorum corporum resurrectio usque ad finem mundi differtur, sup.q.77.1.c

30 Tempus futuræ resurrectionis nec ratione naturali, nec revelatione divina numerari potest, suppl.q.77.2.c

31 Probabiliter videtur resurrectio futura in crepusculo, suppl.q.77.3.o

32 Resurrectio divina respectu eorum quæ immediate agentur divina virtute, fiet subito, respectu eorum quæ immediate per angelos agentur, fiet successive, supplem. q.77.4.c

33 Necessarium est fateri, omnes mortuos a morte resurrecturos esse, supplem. qu. 78.1.o

34 Ex auctoritate scripturæ & ordine naturæ necessario asseritur, resurrectionem omnium fore a cineribus, sup. q.88.2.c

35 Ex divina providentia constitutum est, illos cineres de integro animæ conjungi in mortuorum resurrectione, & ita in illis cineribus nulla est inclinatio naturalis ad naturam, suppl.q.78.3.o

36 Cum resurrectio dici non possit, nisi anima ad idem corpus redeat, in resurrectione anima idem corpus numero resumet, suppl.q.79.1.o

37 Hæ-

37 Hæreticum est dicere, eundem hominem non resurrecturum, sup. q. 79. 2. c.

38 In resurrectione humani corporis idem situs servabitur maxime quantum ad partes essentiales, sup. q. 80. 3. o.

39 Omnia corporis humani membra resurgent, suppl. q. 80. 1. c.

40 Capilli & ungues resurgent in humano corpore, sup. q. 80. 2. c.

41 Humores cum pertineant ad perfectionem humanæ naturæ, resurgunt cum homine, suppl. q. 80. 3. o.

42 Conveniens est, ut omne id quod est de veritate humanæ naturæ, resurgat, suppl. q. 80. 4. c.

43 Solum id quod est in homine materialiter, pertinens ad veritatem humanæ naturæ, resurget cum ipso, supplem. q 80. 5. c.

44 Conveniens est, ut homines resurgant in juvenili ætate, suppl. q. 81. 1. o.

45 Resurgent eius staturæ, cujus aut erant, aut futuri erant in juventute, sup. qu. 81. 2. o.

46 In diverso sexu resurgent, suppl. q. 82. 1. c.

47 Resurrectio non est futura in vita animali, suppl. q. 81. 4. o.

48 In resurrectione oportet, ut quisque operum suorum notitiam habeat, suppl. q. 87. 1. c.

49 Necesse est, ut cuilibet sua & aliorum præmiatio vel condemnatio manifesta fit, suppl. q. 87. 2. c.

50 Etsi in instanti aliquis non sit visurus singula, tamen brevissimo tempore auxilio divinæ virtutis omnia particularia considerabit, suppl. q. 87. 3. o.

1 Rethorica est ex conjecturis ad suspicionem; quia quandoque non fit complete fides vel opinio, sed suspicio quædam, quia non totaliter declinatur ad partem conditionis, licet magis declinetur in hanc, quam in illam. Sed dialectica est ex probabilibus ad opinionem, 22. q. 48. c. fi.

1 Retributio proportionalis, ex debito legali, si est ex pacto, pertinet ad justitiam commutativam; si vero ex debito honestatis, pertinet ad virtutem gratiæ, sive ad gratitudinem, 22. q. 106. 1. ad 2

2 Retributio Dei duplex, sc. pro bonis impletis, & pro beneficiis, 3. q. 56. 2. ad 3

1 Tripliciter aliquid cognoscitur, scilicet per revelationem, per seipsum, & hoc certitudinaliter, & conjecturaliter per aliqua signa, 12. qu. 112. 5. c.

2 Revelare secreta in malum personæ, est contra fidelitatem, nisi vergat in periculum aliorum, vel nisi propter bonum commune, contra quod nullum debet recipi secretum, 2. qu. 68. 1. ad 3. & qu. 70. 1. ad 2

3 Revelatio Dei fit ad inferiores per superiores, sicut ad homines per angelos, 22. qu. 2. 6. c.

4 Nullus unquam purus homo habuit revelationem a Deo, nisi mediantibus angelis, 1. q. 98. 3. c. & q. 55. 2. c.

5 Plura, & excellentius de mysteriis gratiæ revelata sunt angelis & Apostolis, quam Prophetis, 1. q. 57. 5. ad 3

6 Fides nostra innititur revelationi Apostolis & Prophetis factæ; non autem alii revelationi, 1. q. 1. 8. ad 2. & 22. q. 172. 6 ad 1

7 Multis gentilibus revelationes factæ sunt de Christo, ut patet de Sibylla, 22. qu. 2. 7. ad 3. & q. 172. 6. ad 2

8 Potest aliquis scire, se habere gratiam per revelationem, 12. q. 112. 5. c

9 Revelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex speciali privilegio, ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentius & fortius magnifica opera prosequantur, & mala præsentis vitæ sustineant, 12. q. 112. 5. c. ad 4. & ad 5

10 Non tamen revelat hoc omnibus, ne scilicet non prædestinati desperent, & ne

fecuritas in prædestinatis negligentiam pariat, 1. qu. 23. 1. ad 4

11 Revelatum fuit Paulo, quod esset in gratia, 12. q. 112. 5. c.

1 Reverentia directe respicit personam excellentem; ideo secundum diversas rationes excellentiæ, diversæ sunt species ejus, 22. q. 104. 2. ad 4

2 Reverentia Dei in communi est de dictamine rationis naturalis, non autem determinatio ejus, 22. q. 81. 2. ad 3

3 Revereri est actus timoris, sed ut debetur Deo, est actus latriæ, 22 q. 81. 2. ad 1

4 Christus secundum quod homo, præ cæteris habuit pleniorem affectum reverentiæ ad Deum, 3. q. 7. 6. c. fi.

5 Revereri homines ratione alicujus divini in eis, sc. gratiæ, virtutis, vel naturalis imaginis Dei, est laudabile, non autem ut sunt contrarii Deo, 22. qu. 19. 3. ad 1. & q. 25. 1. ad 1

6 Quæ habent aliquam excellentiam, solent haberi in reverentia, non autem omnia. Ideo consuetudo hominum inolevit, ut reges & principes, quos oportet reverentia haberi a subditis, & pretiosioribus vestibus ornentur, & etiam ampliores, & pulchriores habitationes habeant: & propter hoc oportuit ut aliqua specialia tempora, & speciale tabernaculum, & specialia vasa, & speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur in lege, ut per hoc animi hominum ad majorem Dei reverentiam adducerentur, 12. q. 102. 4. c.

Rex prudentia, & justitia præeminere debet, 22. q. 50. 1. ad 1

Ritus Judæorum toleranter ab ecclesia, propter figuram, in testimonium nostræ fidei, non autem ritus aliorum infidelium, atque hæreticorum, nisi ut viterur majus malum; scil. ad vitandum scandalum, vel dissidium, quod ex hoc posset provenire, vel ut facilius convertantur, 22. q. 10. 11. o.

1 Rixa est contradictio in factis, sc. mutua percussio, & particulare bellum, sine auctoritate publica; sed contentio importat quamdam contradictionem verborum, in verbis, 22. q. 41. 1. c. & q. 42. 1. c.

2 Qui publica potestate invadunt, non rixantur, nec peccant, sed qui eis resistunt, injuste se defendendo, 22. q. 41. 1. ad 3

3 Rixa invadentis injuste est semper peccatum mortale, sed in defendente nullum est peccatum: † vel veniale, s. quando aliquis levis motus odii vel vindictæ se immiscet; vel mortale, sc. quando obfirmato animo, ex odio contra impugnantem insurgit, ad eum occidendum, vel eum graviter lædendum, 22. q. 41. 1. o. & qu. 42. 2 c.

4 Rixa oritur proxime ex ira, sed ex concupiscentia, sicut ex prima radice, & jactantia occasionaliter, & ex odio per accidens, 22. q. 37. 2. ad 2. & q. 41. 2. o. & q. 158. 7. c.

5 Odium & discordia sequuntur ex rixa in rixantibus, 22. q. 41. 2. ad 5

Ruth Moabitis, quæ mulier virtutis erat, significat ecclesiam de gentibus. Et conversa ad Deum intravit ecclesiam, licet esset Moabitis, 12. q. 105. 3. ad 2.

S.

1 SAbbatum inter cætera festa tantum præcipitur in decalogo, quia figurabat generalia beneficia Dei, scilicet creationis, & beatitudinis, 12. q. 100. 5. c. ad 2. & q. 102. 4. ad 10. item 22. q. 122. 4. c. ad 2

2 Præcipitur Judæis, triplici ratione, sc. propter avaritiam, ut vacent divinis. Secundo ne errent circa creationem. Tertio ut significet triplicem quietem, sc. Christi in sepulchro, mentis a peccatis, & beatorum in patria, 12. q. 100. 5. ad 1. & q. 102. 4. ad 10. & q. 105. 2. ad 9. fi. & 22. q. 122. 4. o.

3 Opera servilia prohibita in

in sabbato mystice sint peccata, sed ad literam sunt opera servorum, i. mechanica, 22. q. 187 3. c.

4 Sunt principaliter peccata mortalia, secundo opera propria servorum; non autem peccata venialia, nec opera quæ sunt ad cultum Dei; nec opera spiritualia, nec necessaria ad salutem corporis, vel animæ, vel rerum exteriorum, 12. q. 100. 8. ad 4. & q. 107. 2. ad 4. & 22. qu. 40. 4. o. & qu. 122. 4. ad 3. item 3. q. 40. 4. ad 1. item ad 3

5 In observantia sabbati sanctificatio est finis; sed præceptum est cessare ab opere servili, id est mechanico, 22. q. 122. 4. ad 3

6 Circumcisio & sacrificia licebant Judæis in sabbato, 22. q 122. 4. ad 3

7 Licuit Machabæis in sabbato pugnare, Heliæ fugienti itinerare, Apostolis evellere spicas, 12. q. 100. 8. ad 4. & 22. q. 40. 4. o. & q. 122. 4. ad 3. & 3. q. 40. 4. ad 3

8 Christus non solvebat sabbatum, nisi secundum apparentiam, 12. q. 107. 2. ad 4. & 3. q. 40. 4. ad 1

9 Judæi melius facerent laborare sabbato, quam ludis & otio vacare; † ideo magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale opus licitum facit, 22. q. 122. 4. ad 3

1 Sacerdos fuit Christus simul, & hostia pacificorum, & hostia pro peccato, & holocaustum, 3. q. 22. 1. 2. o. & q. 84. 7. ad 4

2 Christus est sacerdos secundum quod homo, non autem secundum quod Deus, 3. q. 22. 3. ad 1

3 Simul fuit sacerdos, rex, & legislator, non autem alii homines, 3. q. 22. 1. ad 3. & q. 31. 2. c. ad 2. & q. 54. 4. ad 2

4 Est totius sacerdotii origo, 3. q. 50. 4. c.

5 In Christo est divini sacerdotii plenitudo, 3. qu. 63. 6. c.

6 Christus excellentius angelis habuit potestatem sacerdotalem, quia fuit major est secundum utramque naturam, & angeli fuerunt ministri sacerdotii ejus, 3. q. 22. 1. ad 1

7 In triduo mortis fuit sacerdos, quia sacerdotium convenit homini ratione animæ, in qua est character ordinis. Unde per mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, multo minus Christus, qui est totius sacerdotii origo, 3. q. 50. 4. ad 5

8 Christo non convenit suscipere in se characterem, vel effectum sui sacerdotii, quia ipse est fons totius sacerdotii, nisi secundum quid, sc. ratione impassibilitatis suæ, 3. q. 22. 4. o

9 Sacerdotium Christi manet in æternum ratione confirmationis, & finis, s. beatitudinis sanctorum, non autem ratione explicationis vel passionis Christi, nisi virtualiter, 3. q. 22. 5. o. & 6. c. & q. 63. 5. c.

10 Sacerdotium Christi facit duo, quæ requiruntur ad perfectam emundationem peccatorum, sc. gratia quoad culpam, & satisfactio quoad reatum, 3. q. 22. 3. o.

11 Homo fit particeps sacerdotii Christi per omnia sacramenta, percipiendo aliquem effectum ejus, 3. q. 63. 6. ad 1

12 Christus noluit nasci de sacerdotibus, ne videretur idem sacerdotium ejus, & vetus; sed vetus erat figura ejus, 3. q. 22. 1. ad 2

13 Sacerdotium ante legem erat tantum secundum determinationem humanam, quæ hanc dignitatem primogenitis attribuebat, 12. q. 103. 1. ad 3

14 Sacerdotium vetteris legis fuit figura sacerdotii Christi, sed multum distant, quia nec æternum, nec mundans peccata, 3. q. 21. 1. ad 1. & 4. c. ad 3. & 5. c. ad 1. & 6. c.

15 Sacerdotium Christi dicitur secundum ordinem Melchisedech, quia excellentia ejus ad sacerdotium legale figurabatur per illud, 3. q. 22. 6. o.

16 Quoad oblationem expressius figurabatur per sacerdo-